

flum, Creonē, Olympum. A proxima continente abest vii. M. d. pass. Insula apposita, Sandalion, Leuca v. Ex iis Cydonea cū fonte calido. Argenssæ ab Aege iii. M. pass. distant. Dein Phellusa, Pedna. Extra Hellespontum aduersa Sigæo littori adiacet Tenedus Leucophrys dicta, & Phænice, & Lyrnessos. Abest à Lesboli vi. M. pass. à Sigæo xii. M. d.

Hellepontus, Mysia, Phrygia, Galatia, Bithynia, Bosphorus. CAP. XXXII.

Impetum deinde sumit Hellepontus, & mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Asiam abrūpat Europæ. Promontoriū id appellauimus Trapezam; ab eo x. M. pass. Abydum oppidum, vbi angustia septem stadiorū. Deinde Percote oppidum, & Lampscacum, antea Pitysa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adrasiā appellauit. Oppidum Priapos, amnis Aesepus, Zelia, Propontis, ita appellatur vbi se dilatat mare. Flumen Granicum, Artace portus, vbi oppidum fuit: Vltra insula, quā cōtinenti iunxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arconnesos, & Dolionis, & Dindymis, cuius à vertice mons Dindymus. Mox oppida Placia, Ariacos, Scylace, quorum à tergo mons Olympus, Mysius dictus: ciuitas Olympena, Amnes Horisius, & Rhyndacus, ante Lycus vocatus. Oritur in stagno Artynia iuxta Mileopolim, recipit Maceston & plerosq; alios, Asiam Bithyniamq; disternans. Ea appellata est Cronia, dein Thessalis, dein Maliade & Strymonis. Hos Homerus Halizonas dixit, quando præcingitur gens mari. Vrbs fuit immensa Attusa nomine, nunc sunt xv. ciuitates, inter quas Gordiucome, quæ Iuliopolis vocatur, & in ora Dascolos. Deinde flumen Gebes, & intus Helgas oppidum, quæ Germanicopolis, alio noīe Booscæte, sicut Apamnia quæ nunc Myrlea Colophoniorum: flumen Etheleum, antiquus Troadis finis & Mysia initiū. Postea sinus in quo flumen Ascanium, oppidum Bryllium, amnes Hylas, & Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium nō procul accolentis Phrygia, à Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygia vocabatur. Quapropter nō alibi aptius de ea dicatur. Phrygia Troadi superiecta, populisq; à promontorio Lecto ad flumen Etheleum prædictis, septentrionali sui parte Galatia contermina, meridiana Lycaonia, Pisidia, Mygdoniaq; ab oriente Cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrima præter iam dicta, Ancyra, Andria, Celænæ, Colossæ, Carina, Cotiaion, Cerane, Iconiū, Midaion. Sūt autores transisse ex Europa Mysos, & Brygas, & Thynos, à quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni. Simul dicendum videtur & de Galatia, quæ superposita, agros maiori ex parte Phrygia tenet, caputq; quondā eius Gordium. Qui partem eam insedere Gallorum Tolistobogi, & Voturi, & Ambitui vocantur: qui Meonia & Paphlagonia regionē, Trocmi. Præteditur Cappadocia à septentrione & solis ortu, cuius vberriam partē oc-

cupauere Tectosages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi vero ac tetrarchia omnes numero cxcv. Oppida, Tectosagū Ancyra, Trocmorum Tauuium, Tolistobogorum Pesinus. Præter hos, celebres Attalenses, Arasenses, Comenses, Dioshieronita, Lystreni, Neapolitani, Oeandenses, Seleucenses, Sabasteni, Timoniacenses, Tebaseni. Attingit Galatia & Pamphylia Cabaliam, & Milyas, qui circa Barin sunt, & Cyllanticum, & Oroandicū Pisidia tractū. Item Lycaonia partem Obigenen. Flumina sunt in ea præter iam dicta, Sangarium & Gallus, à quo nomē traxere matris deum sacerdotes. Nūc reliqua in ora, à Cio intus in Bithynia Prusa, ab Annibale sub Olympo condita. Inde Nicæa xxx. M. pass. interueniente Ascanio lacu. Deinde Nicæa i ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia: & Prusa item altera sub Hippo monte. Fuere Pythopolis, Parthenopolis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Aesius, Bryazon, Plataneus, Areus, Siros, Gendos, qui & Chrysorrhœas. Promontorium in quo Megarice oppidū fuit. Inde Craspedites sinus vocabatur, quoniā id oppidum velut in lacina erat. Fuit & Astacum, vnde & ex eo Astacenus idē sinus. Fuit & Libyssa oppidū, vbi nunc Annibalis tātum tumulus, est in intimo sinu Nicomedia Bithynia præclara. Leucatas promontoriū, quo includitur Astacenus sinus, à Nicomedia xlii. M. d. Rursusq; coeūtib; terris angustia pertinentes vsq; ad Bosphorum Thracium. In iis Chalcedon libera, à Nicomedia lxxii. d. Procerastis antea dicta, dein Compusa: postea Cæcorū oppidum, & locum eligere nescissent, septem stadiis distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede. Cæterum intus in Bithynia colonia Apamena, Agrippes, Iuliopolita, Bithynion. Flumina, Syriū, Lapsias, Pharmicas, Alces, Crynis, Lylæus, Scopius, Hieras, qui Bithyniam & Galatiā disternat. Vltra Chalcedonā Chrysopolis fuit. Deinde Nicopolis, à qua nomen etiam nū sinus retinet. In quo portus Amyci. Deinde Naulochum promontoriū, Estiæ templum Neptuni, Bosphorus. d. pass. interuallo Asiam Europæ iterum auferēs, abest à Chalcedone xij. M. d. pass. Inde fauces primæ viii. M. ccl. pass. vbi Phinopolis oppidum fuit. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asia est, populorūq; cclxxxii. qui ad eū locum à fine Lycie numerantur. Spatium Helleponti & Propontidis ad Bosphorum Thracium clxxxviii. M. pass. diximus. A Chalcedone Sigæū Istodorus cclxii. M. d. pass. tradit. Insula in Propotide ante Cyzicū Elaphonnesus, vnde Cyziceni marmor. Eadem Neuris, & Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acanthus, Phæbe, Scopelos, Porphrione, Halone cum oppido. Delphacia, Polydora, Artacæon cum oppido. Est & contra Nicomediam Demonnesos. Item vltra Heraclæam aduersa Bithynia Thynnias, quam barbari Bithyniam uocant. Est & Antiochia, & contra fauces Rhyndaci Besbicos, xviii. M. circuitus. Est & Elæa, & duæ Rhodiussæ, Erebinthus, Megale, Chalchitis, Pityodes. C. Plinii